

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

1072

1070

1076

1066

499

non tardaret, sed nos duceret per vias nostras in Aegyptum secundum tenorem conventionis. Ad haec Calinus se paratum omni momento esse dixit, in secreto tamen dixit, timeo, inquit, quod de hoc loco cum pace non poterimus abscedere, cum monasterium repletum sit Arabibus propter nos.

1081

1061

1121

Descriptio monasterii S. Catharinae et de ejus fundatione et de tribus ecclesiis in eo situatis et multis aliis.

1021

Sancti patres eremiti cultores hoc desertum Synai prae omnibus locis solitudinis inhabitabant et locum rubi, in quo Dominus Moysi apparuit, tamquam locum sanctissimum et altissimae contemplationis crebrius visitabant et venerabantur, juxta quem etiam quidam senes cellulas habebant. Regnante autem Justiniano imperatore anno quingentesimo XXVIII. ab incarnatione Domini ad instantiam sanctorum fundavit idem imperator in loco rubi ecclesiam et monasterium in honorem beatae Mariae Virginis, quod nominavit S. Mariae ad Rubum, et hodie in oriente sic nominatur, nos vero post S. Catharinae translationem in ecclesiam illam nominamus ad S. Catharinam ecclesiam et monasterium.

0971

0571

0071

Murus monasterium includens amplius est et spissus et altus cum moenibus et propugnaculis habens superius ambitum per gyrum, et est de quadris et sectis lapidibus ita munitus juxta introitum et portam, quod posset diurna resistentia fieri conantibus ingredi ad nocendum, sicut forte quandoque factum est, nam in aliquibus partibus notavi, murum ruptum fuisse pro magna parte et reparatum ac innovatum.

Ende

Intra murum sunt tres ecclesiae, prima est graeca, secunda latina, tertia sarracenica. Prima et principalis est S. Mariae de Rubo, in qua beatae Catharinae corpus quiescit, sub ritu graecorum monachorum. Est autem ecclesia magna et oblonga, plumbo tecta, sine pinnaculo et turre, sine campanis et nolis, pro quibus tamen habent aliud instrumentum convocandi conventum ad divinum officium. Nam in sublimi est una virga ferrea, grossa, ad quam pendent circuli aenei sonorosi, et hos circulos percutit sacrista malleolis ordine quodam et mensura, ex quo valde dulcis resonat sonus, ita

Anfang

32 *

